



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

Anno Christi MDXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

burendum per lictorem educeretur, ac campana vulgo *Sturmglögg* super ipsum pulsaretur, factus est concursus populi. Multi autem ipsum videntes, injustam ejus mortem tanquam justi & sancti hominis deplorabant. Post incinerationem ipsius cineres in Vindam (*Wertach*) projecti fuere. Homines autem sectæ illius, locum illum, in quo combustus fuerat, adierunt, & inde cineres ac terram colligentes, pro reliquiis veluti unius magni sancti viri reservantes, in urbem Augustam cum singulis 7. die Decembris reportaverunt.

In die S. Catharinæ cum Coadjutor D. Ambrosius Kuen Cathedralis Ecclesiæ ibidem de veneratione Sanctorum prædicasset, hæretici prædicantes M. Michael Kallern, Joannes Schneid S. Crucis de Schongau, & S. Georgii Joannes Seyfrid de Gundelfingen perversi prædicatores ipsum observabant, finitoque sermone illum adierunt, quod mulieres videntes accurrerunt, & illos hinc inde per capillos trahentes, ac cum sellis percutientes, vix manus foeminarum in tumultu effugerunt.

Anno Christi MDXXVIII.

Dominica die, 12. Januarii anno Domini 1528. sub officio Missæ capti fuerunt II. rustici, & una mulier, qui omnes ex Bavaria fuere, qui se rebaptizare fecerunt. Hi

Hist. Eccles. Tom. XXXIII.

d alte-

altera die de urbe educti sunt, & prohibiti, ne ultra Augustam intrarent.

Die 13. Januarii Augustæ capti fuerunt 30. viri.

Die 18. Januarii 10. viri de Augusta ex vinculis propter alterationem baptismi in perpetuum exilium missi sunt. Et duo viri virgis cæsi quoque sunt educti.

Dominica die, scilicet 19. Januarii in domo tabernarii N. Widenman 20. rustici ex Bavaria capti sunt, qui ibidem a servo, & ancilla rebaptizati fuerunt. Qui altera die extra Augustam educti, prohibiti sunt, ne deinceps ulterius intrarent.

Wilhelmus Dux Baviaræ sub poena gravissima prohibuit, ne quis subditorum suorum Augustæ Lutheranorum prædicatorum sermonem audiret, publicoque edicto omnibus suis præfectis demandavit, ut pervigilem custodiam itinerum observarent, ne quis tale edictum suum violaret. Transgressores vero omnes jussit sibi ad Monachium præsentari. Non autem pauci ei transmissi sunt, quos omnes in Falchenthuren includi fecit: de qua nullus impunitus exivit. Aliquos igne combussit, aliquos decollavit, certos etiam aliquibus membris mutilavit, nonnullos etiam aliis pœnis castigavit, certos etiam poena pecuniaria multavit.

In die S. Sebastiani Franciscus Preinsling textor, cujus pater quondam in arbore prope

prope S. Ratham sedit: & gener futoris nomine Krablers atque Anna Schleifferin Hucferin Virgis per urbem cæsi sunt. In die S. Vincentii duo viri ictu virgarum de urbe educti sunt.

In die S. Emerentianæ 3. viri & 5. mulieres de urbe Augusta educti sunt. Die 24. Januarii servus Viti Rueff, qui noluit Sacramentum præstare, quod postquam de urbe Augusta educeretur, ut ulterius nusquam in vita ingrederetur, per maxillas ferro exustus est.

In die S. Scholasticæ omnes, qui secundarie baptizati erant, a Senatu iterum vocati sunt, & pœna pecuniaria puniti. Sed parum hæc mulctatio profecit, quia multi illorum ad pristinum errorem revertentes, pejores effecti sunt.

In mense Februario Erfordiæ Lutherani in magno numero convenerunt, & totum clerum ac monasteria spoliaverunt, auferentes omnia clinodia, monstrantias, calices, thuribula, & alia quæque simul, & deposuere domos atque jurisdictiones Archiepiscopi Moguntinensis, & inibi ultra decem mille centena damnum intulere florenorum.

Deinde Erfurdæ instinctu cujusdam futoris capitanei rebaptizatorum, ultra 1500. rebaptizati iterum clam convenerunt, ut eos qui non erant de secta illorum spoliarent, & occiderent. Quæ res Senatui in-

notuit, & jussu illius in majori copia convenerunt, quam rebaptizati erant, conflictumque ad invicem habuerunt, multisque ex rebaptizatis occisis, 367. captivatis, in vincula conjecerunt, qui variis pœnis multi ex eis puniti. Sutor, ac alii 7. Capitanei quadrifarie vivi divisi sunt. Sutori quoque in omnibus locis, ubi conciliabulum celebraverat, cor ejus ostensum fuit.

Eodem mense Pataviæ 32. personæ, qui rebaptizati erant, capti sunt, & ex illis 8. in uno igne consumpti sunt. Certique ex illis, qui errorem revocaverunt, decollati sunt, ac aliis pœnis extincti secundum discretionem sexus.

Decima die Martii Doctor Balthasar hæreticus rebaptizatorum dogmatizator, una cum uxore sua una die Viennæ morte extincti sunt. Ipse in curru positus per omnes plateas urbis deductus est, & in qualibet platea forcipe ignita laceratus fuit, ac deinde incineratus. Uxor vero ejus in aqua suffocata est. Hac itaque morte miser iste Doctor Balthasar de Fridperg, post multa nefanda scelera punitus est. Diu in arce Greitzenstain tria milliaria a Vienna captivus fuit.

In pago Aibling 6. milliaria a Monaco distans, mulier rebaptizata per datam ac latam sententiam in aqua submersa fuit, & ultra quartale unius horæ aquis immersa permansit. Demum ac si esset mortua per
licto-

lictorem extracta, & carro imposita ad locum sepulturæ deducta fuit, ibique in terra exposita in capite ad lapidem collisa, læsa, ac vulnerata, sanguinem e vulnere emisit, dixitque: Heu o B. V. Maria, quam duriter me deposuisti in terram! ac deinde surrexit. Cumque licitor vellet eam iterum neci tradere secundum latam sententiam, a populo prohibitus fuit. Et ipsa læta cum populo pagum iterum intravit, qui ad spectaculum suæ necis advolaverat. Ipsa autem mulier autumabat, sese ab ineunte ætate quotidie semper gloriosissimam V. Mariam veneratam esse, nisi in præsentiarum per 20. hebdomadas a tempore illo, quo rebaptizata fuit. Affirmavit autem, in eductione ad poenam mortis sibi B. V. Mariam apparuisse, eique dixisse: constanter age filia, & noli timere, quia ego te liberabo de morte hac turpissima: & quamdiu sub undis steti submersa, ipsa V. Maria mecum stetit, & supra aquam caput meum levavit, pallioque suo me involvit, ita ut visus oculorum hominum, me non præoccupaverit. Affirmavit autem, doctrinam, sectam & fraternitatem fore falsam, ac Dæmoniacam.

A festo Purificationis B. M. V. usque ad diem Palmarum in Monaco ex rebaptizatis. 6. viri sunt combusti, duæ mulieres in aquis submersæ, & alii 22. viri alio mortis genere puniti.

Constantia urbs perjura effecta sese ab imperio & Liga suevica alienavit. 8. die Februarii, & cum Bernensibus ac Turegensibus ad spatium 10. annorum fœdus percusserunt, & in urbe Constantia Legatorum ambarum urbium litteræ confœderationis publice lectæ sunt, & exinde juramentum ad invicem præstiterunt, & id solum ea de causa, ut Constantienses spoliationem Ecclesiarum ac cleri ejusdem urbis factam quantum ad restitutionem resistere valerent. Quare ipsi Lutherani illis duabus civitatis Carliostadiis adjuncti sunt. Ceteræ autem 8. partes Helveticæ Ligæ, quæ in vera fide Catholica permanserunt, cum eis fœdus, ligam vel confœderationem noluerunt, Constantienses tanquam hæreticos respuentes.

Post recessum Cleri a Constantia ad Ueberlingen, ipsa urbs ad tantam inopiam redacta fuit, ac si ex peste maxima ibi homines defecissent. Nam ultra 5000. domus vacuæ inibi absque habitatoribus effectæ sunt, eoquod mechanici victum acquirere minime valerent clero absente, Turegenses concesserunt Constantiensibus 5. advocatias, quas prius Maximiliano Imperatori abstulerant, Liga illa durante.

Helvetiorum 8. partes Ligæ petierunt a Turegensibus restitutionem Monasterii Eremitarum B. M. V. Ord. S. Benedicti, & Comitem de Geroldsegk apostatam Abbatem

tem

tem apud Turegam commorantem, e monasterio excluderunt, ac monachum unum ex S. Galli cænobio in Abbatem ibidem constituerunt.

Aurach urbs Helvetica sub pœna capitatis mandatum edidit, ut omnes libri Lutheranorum in unum locum deportarentur. Quo facto cumulus factus est, quasi domus parva, inde Senatus iussit, ut per detractorem pellium bestiarum mortuarum ex peste incenderentur, eoquod hujusmodi libri non essent digni, ut per lictorem incenderentur. Quod & factum est.

In die Parasceves, cum more consueto in Ecclesia S. Udalrici ad sepulchrum Domini V. Sacramentum Evcharistiæ locatum fuisset ad caput Imaginis Christi, quidam vir accessit dicens: *Wey dich Christe, esne intus in domuncula stultorum?* & ei posteriora porrigens, cum derisione abscessit.

Apud Carmelitas Augustæ V. Sacramentum Evcharistiæ in altari inclusum post diem Paschæ furto sublatum est. Quod cum Senatui denuntiatum esset, constituerunt illi, qui furem traderet, 100. florenos, sed hoc pro ludibrio habitum fuit, & nihil amplius actum est. Fama fuit, furem hujus sceleris apostatam ejusdem monasterii extitisse, qui & ibidem sine alicujus castigatione permansit.

Adolphus Ducher lapidica domum habuit prope Licum Augustæ, qui in majori

hebdomada versus Viennam recessit, & cu-
 ram domus suæ commendavit, & reliquit
 uxori suæ prægnanti, nomine Küklingerin.
 Mulier hæc per 3. dies ante festum Paschæ
 ordinavit domum suam ad secundum ba-
 ptismum præstandum, pro Congregatione
 virorum ac mulierum hujus fraternitatis,
 & ad prædicandum, ac alia quæque per-
 agendum secundum hæresim, & sectam il-
 lorum, utque eo melius fieri possent omnia
 sine strepitu, non sicut Rahab meretrix si-
 gnum in domo sua posuit ad liberandum
 animas suorum, sed ad captivandum, si-
 gnum in januis affixit, ut hi qui hujus rei
 conscii essent, conventiculum hujus sodali-
 tatis libere accedere, & invenire possent.
 Intra domum quoque valvas & fenestras
 pannis lineis & tapetiis obduxit, ne quis ab
 extra eos conspiceret possent. Conven-
 runt itaque in die Paschæ summo mane an-
 te auroram post Resurrectionem Dominicam
 fere 200. homines viri, ac mulieres, senes
 atque juvenes, servi & ancillæ, cives atque
 extranei, secum afferentes cibum & potum,
 unusquisque secundum facultatem suam:
 pecuniam quoque inter fratres dividendam,
 ne egens aliquis inter eos inveniretur.
 Joannes Sebold tutor Augustensis, qui eis
 prædicabat, & articulos hæreseos legebat,
 circa horam quintam ad eos dixit: Ecce,
 qui adhuc infirmi sunt in fide, abire possunt,
 quoniam futurum est, quod persecutio in
 nos

-obdod

+ h

nos

nos mittatur. Certi etiam, qui honestiores inter illos fuere, per nuntios avifati sunt, ut se ab illa fraternitate disjungerent, antequam caperentur. Quare solummodo 95. personæ in illa fraternitate permanserunt. Circa horam septimam autem domus illa circumdata est a præfecto urbis cum suis servis a Senatu ei deputatis, qui personas has omnes ceperunt, & singillatim in carcerem duxere. Semper servus unus præfecti, duxit in simul duas mulieres, ac deinde alter servus unus subsequens duxit virum unum, quousque omnes incarcerati sunt.

Feria 2. Paschæ hora 9. Senatus extra urbem in perpetuum exilium educi fecit 29. personas, inter quas fuere 8. mulieres, & 2. juvenes. Post horam 12. eductæ fuere 6. mulieres, inter quas una mulier fuit, quæ 7. filias habuit. Non est credibile, quam gaudentes hi omnes viri atque mulieres in exilium ierunt. Disjungebantur viri ab uxoribus, liberis & amicis, & e converso uxores a maritis ac pueris, & hujusmodi omnia pro nihilo ducebant, exultantes abibant, omnibus spectaculum præbuere. Aderant etiam aliqui cives, qui his, qui pauperiores inter illos erant, eleemosynam ministrabant, compassionem cum eis habendo: multi quoque eos deridebant, asserentes eos dignos fore supplicio mortis secundum quod leges dictant.

d 5

Sabbato

Sabbato, 5. mulieres honestæ, quæ indurato animo in hæresi illa perseveraverant, extra urbem in exilium missæ sunt.

Georgius Regel civis Augustensis fuga seipsum salvavit, & uxor ejus Anna Manliche rusticano habitu circumamicta, amphoram portans, ac si lac in in urbe vendidisset, de Augusta tali modo quoque efugit.

Feria 3. post *Quasi modo* mulieri uni lingua abscissa est, & 5. mulieres ferro candenti per maxillas exustæ sunt; uni quoque viro lingua abscissa est, & duo viri atque juvenis unus, qui literas hinc inde rebaptizatis detulerat, virgis per urbem cæsi sunt. Uxor autem Adolphi Ducher, eo quod prægnans fuit, in corpore non fuit punita, sed in exilium missa. Quæ demum anno 1531. in Februario ab Aichelin in aqua suffocata est, eo quod præfatam hæresim derelinquere noluit.

Eadem die Senatus sedit in concilio pæne usque ad tertiam horam. Et iterum de novo capi fecit 24. personas, & mulierem illam, cui lingua abscissa fuit, quæ de urbe exire noluit.

Feria 4. uxor Lucæ Haffners scabini de urbe educta est, & unus juvenis.

Sabbato Joannes Sebold futor, qui in die Paschæ his, qui de fraternitate fuerunt, prædicaverat, indurato animo in sua hæresi decollatus est.

Feria

Feria 2. post *Misericordia* in nocte II. cives capti sunt.

In Profesto Apostolorum Philippi & Jacobi, uxor Jacobi Carmelitæ apostatæ, quæ per se ire seu currere noluit, carro imposita fuit, quem 4. viri, vulgo Rodler, trahentes, licitor subsequens per urbem usque ad portam virgis percussit. Duo quoque viri exinde calceator unus, & tabernarius etiam virgis cæsi sunt. Jacobus Carmelita est captus, & in carcere Augustensium permansit usque ad annum 1530. Et Sabbato Lucie e carcere eductus, hæresim revocavit publice in colle Perlach, sicque dimissus est libere.

Uxor Laurentii Kraffters vidua, quæ cum 7. liberis una cum genero suo Luca Müller rebaptizari se fecerant, & observatrix omnium rebaptizatorum erat, fuga semetipsam salvavit, & per aliquantum temporis spatium Norimbergæ fuit, tali conditione a Senatu ibidem cum suis adstricta, ut limitem domus suæ non transcenderet, nec aliquod verbum de sua secta proferret. Demum etiam ibidem a Senatu, publico edicto ab urbe prohibita est. Ad ultimum Augustam clam reversa, & a Senatu Augustensi occulte punita, in propria domo remansit quasi inclusa per longum tempus.

Eittelhans Langenmantel civis Augustensis, qui in die S. Georgii in Leuttershoben

ven

ven una cum servo juvene 19. annorum, & ancilla, quam servus ille in uxorem duxerat, & in brevi cum illa nuptias habere volebat, captus est, & duo juvenes rustici de Göggingen cum illo, per nobilem virum Diepoldum Stain capitaneum suevicæ Ligæ, qui cum 20. equitibus omnes ad Weiffenhorn deducti sunt, & 12. die Maji decollati sunt, & ancilla in aqua suffocata. omnes tamen cum revocatione devote in antiqua fide catholica vitam concluderunt. Ipse vero Eittelhans diu reluctavit, & ab erroribus suis resipiscere noluit, quoniam totaliter infectus fuit cum omnibus erroribus, & falsis doctrinis ac damnatis Lutheri, Oecolampadii, Carolstadii, Zwinglini, & Novatiani. Amici ejus pro liberatione illius 5000. florenos dare voluerunt, sed proceres Ligæ id renuerunt. Jussit itaque Diepoldus de Stain, ut D. Joannes Gesser Plebanus in Weiffenhorn Eittelhans Langenmantel accederet, & eum de salute animæ suæ commoneret, qui secum assumens M. Andream Plebanum in Oberhausen, M. Joannem Lickinginger Plebanum in Wallenhaussen, M. Valentinum Vicarium Parochiæ in Hellenberg, D. Joannem Schmid Prædicatorem in Weiffenhorn. Hi præfati 5. Sacerdotes, prima die 3. Laicos, & ancillam a suis erroribus ad veram fidem reduxerunt. Deinde ipsum Langenmantel accesserunt, cum quo & per continuos 4. dies egerunt, sed cum

cum eo nihil profecerunt, qui neque aliquod verbum salutis ab eis audire voluit. Afferens se in vera fide esse solidatum ac fundatum, errores suos tuendo. Quinta autem, & ultima die, cum in crastinum decollari deberet, D. Plebanus in Weiffenhorn astantibus aliis Sacerdotibus dixit: Langenmantel, res non aliter se habet, nisi quod sine retractatione crastina die vos mori oportet, juro itaque vobis cum salute animæ meæ, quod si perseveramini in erroribus vestris, crastina die efficiamini filii æternæ damnationis; ad quod Eittelhans infert inquires: Flectite genua, & unusquisque oret dominicam orationem, ut Deus mihi inspiret ea, quæ deducant me ad veritatem & viam justitiæ. Oratione finita, cum ipsum rationibus & auctoritatibus sacræ Scripturæ ex Biblia convicissent, Langenmantel eis dixit: Ego volo vos interrogare duas propositiones, quarum prima est: Si vultis mihi animas vestras in pignus præstare, quod in fide catholica non erraverim; & quod salver, si vestris monitis parvero, cum antiqua fide (novam meam relinquens) acquiescam placide. Secunda propositio hæc est: Si jam essetis in loco meo, an velitis fidem meam acceptare, vel vestram antiquam? Cui Plebanus in Weiffenhorn respondit: Quod libenter velit ei animam suam in pignus præstare, si cum non recte instruat, & ea, quæ cœlestem patriam conferunt

ferunt, doceat, vellet loco sui æternam damnationem acceptare, atque pro eo pati. Ad secundam propositionem quoque respondit: Quod si in loco suo esset, vellet veraciter antiquam fidem iterum acceptare, & usque in finem tenere. His auditis Eittelhans omnes errores suos revocavit, pœnitentiam egit, quantum sibi tempus admisit: quod secundarie rebaptizatus est, ac ipsemet Baptismum administravit, prædicavit, ac contra V. Sacramentum Eucharistiæ scripsit, ipsum annihilando, cum contrito corde confessus est, ac devote V. Sacramentum Eucharistiæ sumpsit, & usque in finem in magna devotione permanfit, ac cum maxima patientia mortem pro suis peccatis acceptavit, gratias agendo, quod ad campum sacrarum Scripturarum, ad caules ovium Christi, & antiquam veram, ac rectam catholicam fidem atque unionem S. M. Ecclesiæ reductus esset, ubi pascua æternæ vitæ invenisset. Cum autem ad decollandum educeretur, & per pedes incedere non valeret, eoquod podagra laboraret, carro impositus est. In via obviavit ei nuntius ab Augusta a mercatore *Bimmel*, ac aliis civibus ad eum missus, ut in qua fide decedere atque mori vellet, ab eo investigaret. Eittelhans Langenmantel bajulo Augustensi viso, ad Plebanum de Weiffenhorn, qui ei verba consolatoria prædicabat, ait: paulisper a verbis vestris consolatoriis cessate, quo-
usque

usque hunc nuntium expediam, & conversus ad Bajulum dixit: quid hic agis, aut cuius rei gratia huc missus es? qui respondit: huc missus sum, ut vos interrogem, an in antiqua vel in nova fide mori velitis? qui respondit: dic illis, a quibus ad me missus es, quod velim mori in antiqua fide, secundum introductionem S. M. Ecclesiæ, quia ego erravi, & S. Scripturam non intellexi. Roga etiam mihi eos, ut omnes scripturas a me editas diligenter investigent, & easdem omnes igni comburant, meique memores sint, & eis nomine meo valedicito: vale & tu quoque. Deinde iterum se ad Plebanum convertit, verba ejus auscultans: cumque ad locum decollationis adductus esset, in sella collocatus est, cum stare non posset; conversus ad lictorem ait: Oro te, ne mecum propere agas, volo enim jugulum tibi viriliter suo tempore ad feriendum præstare, permitte mihi, ut Symbolum Apostolorum ex integro perorem, & in quocunque verbo erraverim, vos domine Plebane mihi dicito. Et incæpto Symbolo integerrime sine respiratione usque in finem oravit. Secundarie autem iterum ad Lictorem conversus dixit: permitte mihi, ait, adhuc, ut ante exitum animæ meæ Symbolum perorem. Quo incæpto, ensen vibrans caput ejus amputavit, ac in terram cadens, corpus ejus in sella sedendo permansit, ac demum cum
fella

fella cecidit. Tam devote autem & patienter vitam conclusit, quod plures ad lacrymas provocavit.

In die S. Servatii, filius Scabini Widtholz ex urbe Augusta una cum servo suo in exilium missus est, qui Bavariam accedentes in oppido Aichaim capti sunt, ubi in vinculis usque ad sequentem annum permanferunt. Demum per revocationem errorum ad ensen adjudicati sunt, & per 6. horas antequam decollari deberent, intercedentibus precibus apud Ducem Wilhelmum vita donati sunt, & pœna pecuniaria castigati atque dimissi.

Sabbato post Corporis Christi uni textori lingua abscissa fuit, alter vero ejusdem artis ferro candenti per maxillas ustus est.

Eodem die apud Kauffbeuren 5. viri in foro decollati sunt, & 30. viri ac mulieres ibidem candenti ferro per maxillas exusti sunt, seu virgis extra urbem cæsi. Quos omnes Gallus Fischer Augustensis rebaptizavit.

Landspergæ 3. viri igne exusti sunt, & quartus decollatus, qui revocavit: qui secundarie baptizati fuerunt.

Eodem tempore Senatus Augustensis indulget fere pro majori parte his, qui in hortis fuere, atque illis, qui rebaptizati sunt, ab exilio iterum regressum in Augustam tali sub conditione, ut delicta deinceps non admit-

admitterent, aut conventicula celebrarent, sub pœna privationis vitæ.

Exinde a nonnullis hæretica pravitas rebaptizatorum iterum incæpta est. Quare Senatus Augustensis Georgium Zech tabernarium in domo doliatorum, cum certis viris ac mulieribus incarcerari fecit; aliqui etiam viri ac mulieres sibi consulentes fuga salvati sunt.

Sabbato ante Matthæi Apostoli, Senatus Augustensis ad concilium ire iussit, sed perversiores, non Prædicatores Evangelii, quibus injunctum fuit, ut unanimes in prædicationibus essent, & non unus pro, & alter contra affirmaret. Quod ego non credo affuturum, cum spiritus illorum mendax sit, & omne regnum in seipsum divinum desoletur.

Dominica die ante Matthæi, Senatus Augustensis proclamari fecit sub mandato, ut tria Festa B. Mariæ V. & omnium Apostolorum iterum ferientur more antiquo.

Deinde Feria 5. post Conceptionem B. Mariæ V. Senatus Augustensis quoque mandavit, ut Festum Epiphaniæ etiam ferietur more antiquo.

Imperialis urbs Lindau, quemadmodum Constantienses cum Helvetiis Ligam & confæderationem inierunt.

Imperialis urbs Uberlingen, eoquod in vera fide catholica, & Caroli Imp. immobilis

bilis permanfit, infignia figilli illorum Cæfar plurimum decoravit, honoravit, & exaltavit, ab antiquo habuere in Epitaphio aquilam: nunc autem habent in aquila fcutum, in quo ftat Leo aureus coronatus corona aurea, qui erectis pedibus nudum ensem tenet, in fublime vibrans. Supra fcutum ftat Galea, more nobilium, quoque aureum, & fupra Galeam iterum ftat corona aurea, cum complicatis panniculis difcoloribus. Et fupra Galeam & coronam ftat Leo aureus cum nudo enfe in fublime erecto. Nulla alia civitas imperialis Galeam habet, nifi Argentina.

Ferdinandus Rex donavit quoque Senatui in Uberlingen certas magnas Bombardas, & inftrumenta bellica, quas ipfi in navibus per Rhenum Constantiam pertranfentes cum tympanis & tubis armata manu maximo cum triumpho in fuam urbem perduxerunt.

Ratisbonenfis Senatus, qui ibidem in fua urbe totum Clerum in feditione Lutheranorum fubjugaverunt ad fteuram, & alia veftigalia reddenda, quemadmodum & Laici cives illorum foliti, & adftricti funt, Epifcopo & omni Clero priftinam libertatem fomma cum benevolentia iterum illo anno circa Feflum S. Bartholomæi reftituit mediantibus Friderico Palatino Comite, cujus Frater Joannes Comes Palatinus ibidem
Epifce-

Episcopus extitit, & Ducibus Bavarie Wilhelmo atque Ludovico. Episcopus autem Ratisbonensis & omnis Clerus ibidem Senatui promisit pro restauratione urbis simul, & in auxilium atque subsidium omni anno in perpetuum 200. florenos persolvendum.

Memmingenses omnia Altaria in urbe sua destruxerunt, eoquod omnino nihil tenent de V. Sacramento Evcharistiæ. Quæ ex re proceres suevicæ Ligæ moti, eos de Liga suevica veluti hæreticos excluderunt, ac magistrum civium illorum Ulmæ existentes de societate eorum rejecere.

Erdfurtenses in eadem urbe funditus destruxerunt Archiepiscopo Moguntino domum judicialem, & totum Clerum atque Ecclesias spoliaverunt, ac ultra decies centena millia florenorum damnum intulere. Quæ omnia Archiepiscopus Moguntinensis in diæta Augustensi proceribus Ligæ proposuit, desuper petens illorum auxilium, juxta confederationem atque tenorem Ligæ, quantum ad satisfactionem, restitutionem, & recuperationem ablatorum. Proceres autem Ligæ Erdfurtensibus mandavere, ut destructa omnia Archiepiscopo iterum reedificarent, & ablata Clero, Monasteriis, Collegiis, ac Ecclesiis omnia restituerent, atque satisfacerent, vel cum eis componerent, alias armata manu eos compellere vellent.

Fridericus Comes Palatinus dixit: in Norimberga, Argentina, Ulma ac ceteris illis paribus civitatibus imperialibus, inibi semper viri providi, & sapientissimi summa industria callentes inventi sunt, omnisque rerum ac divitiarum copia. Miror, quod quælibet illarum solummodo per unum virum apostatam tot & tanti in errorem ac labem Lutheranam inducantur. Augustenses vero habent sex perversores Lutheranos Prædicatores, qui eos a vera fide in errores inducunt.

Anno Christi MDXXIX.

Helvetiorum Legati in capite jejunii, qui non sunt Lutherani, in Oeniponto Ferdinandum Regem Bohemix atque Hungariæ adierunt, ipsum rogantes, ut cum eis Ligam ineat, contra suos confœderatos Helvetios Lutherana labe infectos. At Rex Ferdinandus cum eis diætam in Veldkirch indixit, illucque suos Consiliarios Comitem de Sulz, Georgium Truchses Baronem, Marcum Sittich de Ems, Joannem Jacobum de Landau, & Doctorem Jacobum, atque alios nobiles viros transmisit ad fœdus cum ipsis percutiendum. Quod & opere perpetratum est.

Helvetii Lutherani Monasterium S. Galli totaliter spoliaverunt, tabulas quoque altarium destruxerunt, & ultra 60000. flor. dam-